Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-593792-p0001-7

00

10 ne.

U.q.19,3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-593792-p0002-3

DIVINA ADJUVANTE GRATIA.

Conſentiente Magnifico & Ampliſſimo Illuſtris Academiæ Jenenſis JCtorum Ordine

PRÆSIDE

Clariſſimo & Conſultiſſimo

DN. JOHANNE SUEVIO
J. U. D. Et in Illuſtri Salana P. P. Curiæ Provincialis & Scabinatus ibidem Adſeſſore digniſſimo

THESES HASCE

Ex Materia de

JUREJURANDO

depromtas

Exercitii gratia publicè examinandas
proponit

DAVID Ortheget/ SCHLACCOWALDO-BOHEMUS.

Ad diem 23. Septembr.

JENÆ
TYPIS CATHARINÆ Rauchmaulin/

Anno 1615.

28

Nobili & Ampliſſimo
VIRO

DN. HEINRICO Nickardt/
Sacræ Cæſareæ Majeſtati à Secretis Bellicis, & Ducatus Styrenſis Præfecto Ærarii

Spectatiſſimo Domino Cognato & Fautori ſuo plurimum colendo

debitæ obſervantiæ ergò offert

DAVID Orthegel.

1.

VERUM ET PROPRIUM juſjurandum nobis Chriſtianis dicitur, quod in ſolius DEI conteſtationem directum eſt. Ideoq; illi non eſt æquiparanda interpoſitio fidei, nec relatio ad aliud juramentum. *c. pen. de jurejur.*

2.

Juramentum ſtipatum eſſe debet tribus hiſce Comitibus: veritate, judicio & juſtitia. *c. etſi Chriſtus. de jurejur.*

3.

Quo fit, ut ob iſtorum defectum arceantur ab hoc actu, nec ex iſto obligentur, furioſus *§. furioſus. Inſtit. de inut. ſtip.* prodigus *l. 6. de V. O.* ebrioſus *c. venter. c. luxurioſa diſt. 35.* irâ inflammatus *l. 2. C. ad l. Jul. Maj.*

4.

Cum judicium etiam amoris æſtu

perturbetur: quæritur an juramentum, quo amore accenſus ſuæ amaſiæ fidem matrimonii datam confirmavit, teneatur ſervare, ſi ſe poſtea amaſiæ pertœſum pœniteat.? Aff.

5.

Errore vel dolo circumventus ſi juraverit, non obligatus cenſetur *l.15. de jurisd. c. cum contingat de jurejur.*

6.

Nec juramentum latroni præſtitum eſt obligatorium *per c. non eſt obligatorium. de R. J. in 6. l. 116. de R. J. l. bona fides ff. depoſiti.*

7.

De juramento minoris controvertitur; an ſi enormiter fuerit læſus, petere poſſit reſtitutionem in integrum adverſus contractum juratum? Affirm. *per c. cum contingat. de jurejur. l. 36. de V. O.*

8.

Juramentum non confirmat actum bonis moribus contrarium *c. non eſt oblig. de R. J. in 6.* utputa pactum de hæreditate viventis *l. fin. C. de pact.*

9. Ut

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-593792-p0006-6

Ut & favore publico prohibitum. *l. jus publ. 38. de pact.*

10.

Hinc filiusfamilias, etiamſi SCto Maced. juramento interpoſito renunciaverit, adhuc tamen uti poterit exceptione iſtâ *per l. 7. §. 14. & 16. l. 27. §. 4. de pact. l. 11. de SC. Maced.* ſi verò ſolverit, nihil repetit, idq; propter obligationem naturalem, quæ condictionem indebiti impedit. *l. 10. de Obl. & act. l. 13. de condict. indeb. l. 19. l. 40. eod.*

11.

Contractum tamen de jure communi alioquin propter privatam alicujus perſonæ utilitatem invalidum confirmat. *c. quamvis. de pact. in 6.*

12.

Jusjurandum inducit præciſam neceſſitatem *c. ad noſtram. de jurejur.* Quæritur an ideò debitor, qui juramento ſolutionem promiſit, non poſſit objicere compenſationem? poteſt *per l. 2. & 3.*

de compenſat. l. 4. C. eod. l. ſi debitor 4. ff. qui potiores in pignore.

13.

Ex jurejurando non naſcitur actio, Eadem enim vis ipſi tribuitur, quæ pactioni *l. tutor. de jurejur.* At pactio actionem non parit *l. 5. C. de contrah. ſtipul.* E. nec juramentum. Datur tamen in caſu ſpeciali *l. 7. de operis libert.*

14.

Per procuratorem juramenti præſtationem expedire regulariter non licet *l. 15. de jurejur. N. 124. de litigator.*

15.

Pro communi utilitate introductum eſt juramentum calumniæ. Quam ob cauſam remitti non poteſt, adeò, ut etiam partibus diſſimulantibus, omninò teneatur id exigere judex *l. 2. §. 4. C. de Juram. propter calumn.*

16.

Parenti tamen & Patrono, ſi lis ſit cum filio aut liberto, remittitur *l. 8. §. 5. qui ſatisd. cog. l. 7. de obſeq. parent. & patr. præſt. non vice verſa.*

17. Actor

17.

Actor ſi jurare noluerit per ſententiam Judicis caſum actionis, reus tanquam confeſſus condemnationem ſuſtinet. *l. 2. §. 6. & 7. C. de Juram. propter calumn.*

18.

Quod ſi jurare recuſans ante declaratoriam ſententiam moriatur, dubitari poteſt, an pœna adverſus hæredem tranſeat? N. *per l. 29. de Jure fiſci.*

19.

Juramentum calumniæ ſemel generaliter præſtitum ſufficit. *N. 49. c. 3.*

20.

De Juramento teſtimonii quæritur: an etiam ſanctimoniâ vitę ornato ſit deferendum? Aff. *per c. 51. de teſtib.*

21.

Juramentum purgationis præſtat reus ſuſpectus, actore in probatione deficiente, *authent. novo iure C. de pœn. judic.*

22. Ju-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-593792-p0009-6

22.

Jurare nolens habetur pro convicto. *Ordin. Cam. part. 2. c. 10.* §. würde ſich aber.

23.

Si ſine juſta cauſa ſuſpectus factus fuerit, competit ipſi adverſus accuſantem actio. *d. t. 10.* §. Wo aber jemand.

24.

De juramento litis deciſorio inquirere libet, an actor ad lites citius dirimendas ſine probationibus reo juramentum deferre poſſit? Affirm. *l. 25. §. 3. de probat. l. 35. ff. de jurejur.*

25.

In litem jusjurandum controverſi juris eſt, unumne ſit, an multiplex? Reſpondetur, quod duplex, quorum alterum dicitur veritatis, alterum affectionis.

FINIS.

AB: 154464
(X2618616)
R VD17
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-593792-p0011-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-593792-p0012-9

DIVINA ADJUVANTE GRATIA.

Conſentiente Magnifico & Ampliſſimo Illu-ſtris Academiæ Jenenſis JCtorum Ordine

PRÆSIDE

Clariſſimo & Conſultiſſimo

DN. JOHANNE SVEVIO

J. U. D. Et in Illuſtri Salana P. P. Curiæ Provincialis & Scabinatus ibidem Adſeſſore digniſſimo

THESES HASCE

Ex Materia de

JUREJURANDO

depromtas

Exercitii gratia publicè examinandas

proponit

DAVID Orthegel/ SCHLACCOWALDO-BOHEMUS.

Ad diem 23. Septembr.

JENÆ
TYPIS CATHARINÆ Rauchmaulin/

Anno 1615.

28